

comparari debet, oportet partes cum partibus componere, v. g. Mesaraicas cum radicibus. Cum enim trahant alimentum ex intestinis, non secus ac radices è terrâ, 4. part. 4. cum his etiam non cum ramis conferri debent. Hinc sequetur, ut truncus seu caudex dicatur, ramus tantum Mesentericus. Ut enim, postquam ex radicibus, in unum collectis, factus est truncus, dividitur is in ramos aliquot maiores, quin rursus in minores, & hi iterum in minimos: ita de vena hac fit.

2. Dicitur à Rami splenici ortu, qui est à vena portæ, non autem ab hepate.

Hoc melius intelligitur ex antithesi Galenica. Ramus hic non potest vehere excrementum id, quod Gal. nobis pingit. Ipsomet enim dicente, Coctio sit, non in portis hepatis, sed in hepate ipso. At ramus hic substantiam hepatis ne forinsecus quidem attingit. Non solùm autem attingere debebat, sed & substantiam ipsius ingredi, siquidem eandem rationem cum poris choledochis habet. Et ingredi, non uno stomacho tam lato, ut ipius describit splenicum §, us. part. 6. sed non secus ac in vesica, quæ de sensu Gal. est αιτίσθο-
λενίς, poris multis & angustis, per substantiam hepatis quaqua versum dispersis, ut terra hæc ex omnibus hepatis angulis conquiri possit, & cogi denique in unum, quem admodum sit de bile. Quod